riali, Archiepiſcopali, Epiſcopali in genere, vel in ſpecie ac tam coniunctim, quàm diuiſim, etiam per ſolam ſignaturam, vel Viuę vocis Oraculo, aut per viam communicationis, et extenſionis, aut proprio motu, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, et gaudent, ac vti, frui, potiri, et gaudere quomodolibet poſſunt, quorum tenores haberi volumus pro expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum inſertis: etiam ſi talia eſſent vel forent, quę ſpecialem et indiuiduam requirerent mentionem: & ſeu particularem inſertionem ad primo dictam congregationem regularis obſeruantię Sancti Bernardi, ac ſingula illius tam virorum quàm mulierum Monaſteria, illorumque quoſcunque Superiores, Prelatos et vtriuſque ſexus quaſcunque regulares et ſingulares perſonas. Ita quod dicta congregatio Sancti Bernardi, atque vtriuſque ſexus eius Monaſteria, Prioratus, grangias, domos, Eccleſias, Collegia pia et Charitatiua loca, Sanctorumque feſtiuitates, Conuentus, et Capitula etiam Generalia, particularia, vel intermedia, Generaliſque Reformator, Diffinitores, Conſiliarij, Viſitatores, Abbates, Abbatiſſę, Priores,

& qui-